UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Cap. 17. De generatione ac passione Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

Cap. 16. De Nabuchodonoſor & captiuitate.

TVNC Nabuchodonoſor ligauit cathenis Ioacim regem Iuda, & duxit eum in Babyloniam. Poſt Ioacim regnauit filius eius Ioacim ann. III. Et hunc ducens ad eum compeditum Nabuchdonoſor Rex Babylonis, & alios cum eo. Pro ipſo conſtituitur in loco eius frater Ioacim, cuius nomen Sedechias, qui & Iechonias, qui regnauit annis XI. In anno XII. tranſmigrauit illum in Babyloniam effoſſis oculis. Et populum tranſduxit cum eo, pręter paucos, qui poſtea in Ægyptum deſcẽderunt. Prophetabant autem & ſub Sedechia Ieremias & Abacuc. In anno autem VIII. regni eius prophetauit in Babylonia Ezechiel. Poſt hunc Prophetæ Nahum, & Malachias, & Daniel, qui vidit de hebdomadis in primo anno Darij regis filij Aſueri de ſemine Medorum, qui regnauit ſuper regnum Chaldæorum. In primo anno regni ſui Cyrus dimiſit redire populum in Ieruſalem.

Cap. 17. De generatione ac paſsione Chriſti.

EO autem tempore templum ædificauit. Prophetabant ſimul Aggæus & Zacharias: Poſt quos Nehemias filius n Acheli de ſemine Iſraël fabricauit ciuitatem Ieruſalem cum eſſet ab anno XX. Artaxerxis Regis, & poſt hunc ſecundum Mardochæum. Fiunt igitur à Dauid vſque Sedechiam, qui & Iechonias, & trãſmigrationem generationes XIV. anni CCCCLXXVIII. menſes VIIII. Et poſt tranſmigrationem Babyloniæ vſque ad generationem Chriſti generationes XIV. anni DCLX. Et à generatione Chriſti vſq; ad paſſionem eius an: XXX. Et à paſſione eius vſque hunc annum qui eſt XIII. Alexandri, anni CCVI. Fiunt igitur omnium anni ab Adam vſque ad XIII. Alexandri Imperatoris anni quinquies mille CCXXXVIII. Vt autem aliter oſtendantur, non tantum per tempora Regum, ſed etiam, à quo Paſcha ſeruatum

n ſ. Helchiæ 2. Eſdræ, 2.

NB. quo tempore auctor vixit.

uatum eſt, dinumerantes ſimul & anni dicuntur. Ab Adam vſque ad diluuium an II. millia CCXLII. A diluuio vſque ad Abraham anni MCXLI. Ab Abraham vero vſquequo exierunt dè Ægypto, educente eos Moyſe, quãdo & Paſcha fecerunt, anni CCCCXXX. Ab exitu Ægypti vſque in tranſitum Iordanis quando Hieſus Paſcha celebrauit, ſunt anni XLII. Ezechias poſt annis CCCCLIV. celebrauit Paſcha. Poſt Ezechiam Ioſias annis CXIV. Paſcha celebrauit. Poſt Eſdram ſeruata generatione Chriſti poſt ann: DLXIII. Paſcha fit.

Caput 18. De feſto Paſchæ à Chriſto inſtituto.

A Generatione autem Chriſti poſt triceſimum annum, cum paſſus eſt Dominus, Paſcha celebratur: Ipſe enim erat iuſtum Paſchæ. A paſſione autem Domini vſque in XIII. Imperatoris Alexandri Cęſaris anni CCVI. Seruatum eſt Paſcha quod in commemorationem Chriſti ſeruatur à nobis. Fiunt igitur omnium anni ab Adam vſq; in hunc diem anni quinquies mille DCCXXXVIII. NB.

Caput 19. De Regibus Perſarum.

Reges Perſarum ex tempore Cyri. Cyrus regnauit Perſis annis XXX. Poſt hunc Cambyſes annis IX. Eimedius Magus Menſes VIII. Darius annos XXXVI, p Artaxerxes Longimanus annos XXXVI. q Xairae dies LXS Socdanius menſes VII. Darius nothus annos XVIII. Artaxerſes Cyri iunioris frater annos LXII. Ochus qui & Artaxerſes annos XXIII. menſes VII. Arſes Nothus annos III. Darius annos VII. Hic eſt quẽ Alexãder Macedo depoſuit in bello, quod fuit inenarrabile. Fiunt omniũ anni CCXLV. Poſt quos tempora iã apud Græcos manifeſta extructione Olympiadũ ſunt clara. Nam vſq; Alexandrũ Macedum Olympiades a XIX. quæ faciũt an: b CCCLV. ab c Ibito cõſtituitq Olympiadas. Ab Alexãd:

p Reponendũ Xerzes Darij filius annos... q Xerxes dies 60. Sogdianus.

a. leg. cxjv b. leg. ccccLvj c. leg. Iphito.